

videantur, quod ad exitum nostrum fecerit.
Deo oramus, et si fieri possit, exoramus, ut nulla
impedientia eveniat. Plura non possum:
cum tabellio urgeat abitum. Deum oro, ut tibi
vigiliis benedicat. Tu vale, ave, vive. Christi
pneve. Tiguri. 8. April. 1609.

T. colens et amans
Marq. Beumberg.

Johanni Brantio J. Marcus

101.

S. P.

Non possum satis mirari imprudentiam Cut-
senii Apostata, qui tanta protervia scabiem suam
nullis non africare studet, nempe ut ulveri perfidia
sua aliquod emplastrum paret. Soleo sane hominis
pervicacem malitiam, qua sese magis ac magis
arrior futurum declarat. Filium tuum non dissi-
milibus nominis tentavit, sed interceptas D. Sclucktus
mihi tradidit, neq. n. consultum visum in ejus manus
ut pervenirent. Nobilem quoq. Rechenbergium, quem
in Gallia dementaverat, sollicitare non cessat, et certe
non parum perturbat, ut via satis scrupulis injectis eum
liberare in dies queamus. Quae res parentem ejus prima-
riae auctoritatis nobilem non parum quoq. anxiam ha-
bet. Nunc quanto astu te ipsum aggreditur hic ser-
pens? Equidem facile erat vel tyroni imprudentissimae
nugas retundere, quas de praedestinatione, de praeceptis
et lege Dei, de fide sola, de justificatione, prima et se-
cunda, de auriculari confessione, et absolutione, ad te
inexandum laboriose congerit. Sed nec nova illa
sunt, immo nullius prolata, nec ipse dignus, ad quem verba
ta multa facias. Et quia consilium meum petis, en mitto
exemplum responsi, quod si placuerit ponui, mitte.
Tuum fuerit addere, demere, mutare pro lubitu.
Nihil certe habet ille, quod non breviter attigerim.
Simul conscientiae vulnus tetigi, si forte dolore per-
cussus ad sanioerem mentem redeat, nec vereor, ne

acertum nimis sit; leniter certe satana tractandus non
est: nec amplius apologeticè, quod ille querit nostra
insectandi, sed elencticè adversus istos agendum. Ad re-
liqua quod attinet, persto in sententia; restant non par-
cula addenda, quae his feriis absolvam, licet valetudine
utrarum parum propitia. Sed cito autem ad mundinas ha-
bebitis, si Dominus volet, idq. sub Bernhardi Tui no-
mine, tum quia aequalis ei, tum quia tueri singula
non difficulter poterit; nec parum etiam in Opusculis
roborabitur. Vellius nuper admodum ad nos venit,
quem ex tui commendatione. amo, atq. etiam tum
publicum, tum privatum in exorationibus Sabbathariis
auditorem habeo. Vicini autem vestri quid? utinam pax
brevis bello parari vobis possit. Sed in ista lenitate
vix bene sperare licet. Dominus Exercituum adsit. Lab-
tia sua et consilia rectorum diriget ad gloriam suam.
Epistolam adjunctam quae ad D. Librandum tulo perfer-
endam cures, quod facile poteris. Bertius Harminius
parentavit in optimam partem, quasi omnia bene
gesserit: non putarem hominem tali veneno infectum.
Ergo viri inde expectandum. Vale mi frater. An-
num vero hunc venientem tibi tuisq. precor felicem
ac salutarem. Saluta amicos tuos collegas, cum primis
D. Rasfeldium et D. Schencklium. Heidelberg 28. Decem-
bris.

102.

Eidem Brantio D. Pareus Salutem.
Nescio an fecerim, ita fui distractus domi et foris; de-
bui certe, antiquissime Branti, tibi gratias agere.
pro munere Hollandico, caseis duobus optimis, quos tuo
nomine ex mundinis accepi. Vide te amicitiae nostrae
multum dare: neminem nostratibus rebus aliquando
repondere. Scripsi quid mediter in Epistolas sit sen-
tias. Quando, inquis, erit? Prope diem erit. Occupatus
fui plus nimium toto prope biennio aedibus, quas
cedem, extra portam, qua ad Palatium accenditur,
spaciosas, ob aëris et hortorum circumjacentium
commoditatem. Absolvi tandem, quae debui et volui
reparandis ruinis. Nunc, vol. Deo, revertar ad Musas
et absolvi